

The *Manipulus/Scotichronicon* Project
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/Scotichronicon/index.html>)

Rapina c

...dicente Augustino De Civitate Dei capitulo iii^{to}:
‘Remota justicia quid sunt regna nisi magna latrocinia?
Et latrocinia, quid sunt nisi parva regna?’

Hoc malum tantum

crescit ut et loca teneat, sedes constituat, civitates occupet,
populos subjuget et evidencius regni nomen assumit;
quod ei iam in manifesto confert non dempta cupiditas,
sed addita impunitas. Ideo eleganter et veraciter Alexandro
Magno quidam pirata comprehensus respondit;
cum ab eo interrogaret quid sibi ut
mare haberet infestum daret, ille libera voce: “Quod tibi”,
inquit, “ut orbem terrarum. Sed quia ego exiguo nauigio
facio, latro vocor; quia tu magna classe, imperator.”’ Hec ille.

Scotichronicon, 10.39 (Watt ed., vol.5, p.416, ll.13-22).

Remota iusticia, quid sint regna nisi magna latrocinia?
Quia latrocinia, quid sint nisi parua regna?

Hoc malum tantum

crescit ut et loca teneat, sedes constituat, ciuitates occupet,
populos subjuget, et euidentius regni nomen assumit;
quod ei iam in manifesto confert non dempta cupiditas,
sed addita inpunitas. Ideo eleganter et ueraciter Alexandro
magno quidam pirata comprehensus respondit
cum ab eo interrogaret quid sibi ut
mare haberet infestum, ille libera uoce: Quid tibi,
inquit, ut orbem terrarum? Sed quia ego exiguo nauigio
facio, latro uocor; quia tu magna classe, imperator.

Augustinus III. de ciuitate capitulo III.

Manipulus florum, Rapina c

Remota itaque iustitia quid sunt regna nisi magna latrocinia?
quia et latrocinia quid sunt nisi parua regna?

Manus et ipsa hominum est, imperio principis regitur,
pacto societatis astringitur, placiti lege praeda diuiditur.

Hoc malum si in tantum
perditorum hominum accessibus
crescit, ut et loca teneat sedes constituat, ciuitates occupet
populos subjuget, euidentius regni nomen adsumit,
quod ei iam in manifesto confert non dempta cupiditas,
sed addita inpunitas. Eleganter enim et ueraciter Alexandro illi
Magno quidam comprehensus pirata respondit.
Nam cum idem rex hominem interrogaret, quid ei uideretur, ut
mare haberet infestum, ille libera contumacia: Quid tibi,
inquit, ut orbem terrarum; sed quia <id> ego exiguo nauigio
facio, latro uocor; quia tu magna classe, imperator.

Augustinus Hipponensis, *De ciuitate Dei*, 4.4 (CCSL 47, B.
Dombart ed., pp.101-2, ll.1-14).